Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



vem mitta te ad eos · Quo respondente presto sum ait · va
de · Vide si pax sit omnia erga fres tuos · et pecora ·
et renuncia mihi quid agatur · Missus de valle hebron ·
venit in sychem · Inveneruntque eum vir errantem in agro ·
interrogavit eum quid quereret · At ille respondit fra
tres meos · Indica mihi ubi pascant greges · Dixitque
ei vir · Recesserunt de loco isto · audivi autem eos dicen
tes · Eamus in dothaym · Perrexit ergo ioseph post
fres suos · Invenit eos in dothaym · Qui cum vi
dissent eum procul · ante quam accederet ad eos cogita
verunt illum occidere · et invicem loquebantur · Ecce som
niator venit · Venite occidamus eum · et mittamus
in cystiam veterem · dicemusque fera pessima devora
vit eum · et tunc apparebit quid illi prosint somnia
sua · Audiens autem hoc ruben · nitebatur liberare eum
de manibus eorum · et dicebat · Non interficiamus animam
eius nec effundamus sanguinem · sed proiite eum in
cystiam hanc que est in solitudine · manumque vias
servate in eum · Hoc autem dicebat volens eripere
eum de manibus eorum · et reddere patri suo · sedia m
Allot: D·d·i·d·s · et turbis indevium pabulum
hanc · Homo erat paterfamilias qui plantavit vi
neam · et sepem circumdedit ei · et fodit in ea torcular · et edi
ficavit turrim · et locavit eam agricolis · et peregre pro
fectus est · Cum autem tempus fructuum appropinquasset ·
misit servos suos ad agricolas · ut acciperent fructus
eius · Et agricole apprehensis servis eius · alium cecidi
runt · alium occiderunt · alium vero lapidaverunt · Iterum
misit alios servos plures prioribus · et fecerunt illi simili